

Wd
1055



S

SA
A
I

OD





Q. D. B. V.

AD PANEGYRICVM,

QVI

RELIGIONEM

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,

D O M I N I

FRIDERICI III.

D V C I S

SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE AC MONTIVM,
ANGARIAE ITEM WESTPHALIAEQVE, LANDGRAVH THV-
RINGIAE, MARCHIONIS MISNIAE, PRINCIPIS COMITIS HENNE-
BERGENSIS, COMITIS MARCAE ET RAVENSBERGAE, DYNA-
STAE RAVENSTEINI ET TONNAE,

RELIGIOSISSIMI AC CLEMEN TISSIMI

PATRIAE PATRIS

NOSTRI,

EXPONET,

DIE IPSIVS NATALI

AD VII. KAL. MAII, XXXXVI VICE, SIDERE FELICI,
OMNIVMQVE, QVOTQVOT SVMVS, PLAVSV

RECVRRENTE,

AVSPICE DEO,

CRASTINA LVCE

IN AEDE SCHOLAE NOSTRAE SENATORIAE

HABENDVM,

OMNES AC SINGVLOS REI NOSTRAE SCHOLASTICAE

CVRATORES GENEROSISSIMVM ET GRAVISSIMOS,

REI PVBLICAE STATORES AMPLISSIMOS,

VENERANDVM SACERDOTVM ORDINEM,

CETEROSQVE BONARVM ARTIVM FAVTORES ET AMICOS

MAXIME COLENDOS,

DE FELICITATE

GOZHANAE ET ALTENBVRGENSIS TERRARVM

SVB FRIDERICO SVO

DISSERENS,

OMNI, QVA DE CET, OBSERVANTIA INVITAT

M. IO. CHRISTIANVS ZEVMERVS, RECTOR.



RONNEBVRGI LITTERIS HANISCHIANIS.

Viro clarissimo M. Bidermanno
Rect. Sch. Cathedr. Naumburg.
cum salute mitis Zeumervs.

1902





A. & Ω.



ariac apud varios autores, in quo vera hominum consistat felicitas, leguntur sententiae, (a) quas autem omnes evolvere, nostri iam non est instituti, potius huius rei cupidus ad philosophorum & theologorum remittimus scholas. De summa, eaque aeterna, hominum felicitate consequenda, ex sacris litteris, per harum doctores, certiores ii reddentur; ad temporalem vero, cuius in hac vita participes fieri possunt, si modo sapientiae sequantur autores, facillime erudientur. (b) Homines enim, quorum voluntas infinito adpetitu in bonum aliquod fertur, si in bonum eius modi incidunt, quod dum amant, operationes suas naturales, hoc est, naturae suae perfectae convenientes, edunt, quod etiam eam exsatiare, mentemque tranquillam reddere potest; vera hinc oritur felicitas. (c) Haec, quae a recentioribus sapientiae doctoribus sunt prolata, iam dudum antiquissimis sapientibus viris esse comprobata, Stobaeus, ex aliis eruditorum scriptis, in primis Diogene; Hanc, inquit, veram felicitatem esse dicimus, quae facit, ut mens & anima in perpetua tranquillitate hilaritateque collocentur; evincit. (d) In qua autem terra huius modi tranquillitate hilaritateque frui licet, illa omnino felicissima est depraedicanda atque beatissima. Talis modi maxima, eaque omnibus numeris absoluta, ille, ob amoenitatem & fertilitatem, DEI hortus nominatus, paradus nimirum terrestris, (e) inque eo homines, primum creati, antequam, ab insensibilis generis humani hoste seducti, criminibus suis gravissimis DEI gratia exciderunt, soli sunt gausi felicitate. Hic DEI hortus, omni deliciarum genere abundans, Ioui sine dubio est tributus a gentilibus, dicentibus; In Iouis tantum hortis beata felicitas colitur. (f) Quamquam autem ii non sumus, qui ineptis illorum, qui totam Armeniam, Syriam & Persiam ad paradusum pertinuisse statuerunt, vel qui totam fere Asiam & Africam ei assignarunt, atque per paradusum totum ferme terrarum orbem intelligi voluerunt, (g) facile ad sensum praebeamus nostrum: bona tamen pars Mesopotamiae aut Babyloniae, (h) quia maximus fluvius, in quatuor intus diuisus amnes, per paradusum se diffundebat, fuisse, non immerito creditur. Nec silentio terra, Gosen, fertilissima totius Aegypti pars, (i) quae tanquam alter paradus non solum ab omnibus calamitatibus, quibus tota tum Aegyptus valde premebatur, fuit libera atque immunis, sed &, teste Mose, (k) felicitate omni inclaruit, praetereunda videtur. Maiore autem felicitate post haec vsa est gens Israelitica in prouincia beatorum, quam, ducibus suis a DEO praefectis, occupavit, Cana-

naca, (l) vbi ipsi gratior commoditas fuit, maiorque vitæ prosperitas. Post-
eaquam vero tranquillitas, DEO sic permittente, hominum in dies crescen-
tibus delictis, esse desit; & soli fertilitas, frugum omnis generis vberitas, &
cum illis tota felicitas cessit, (m) adeo, vt illi olim felicissimi terræ tractus
vix ab horrido & inculto solo, in quo & victus exiguus, & gens rara, ea-
que cultu aspera, est, possint discerni. Summa quidem in laude apud ve-
teres fuit maxima pars Arabiae, eo quod bis per annum demetiendis fructi-
bus & percipiendis accommodata fertur, indeque felix prae ceteris erat nun-
cupata: hodie tamen ista felicitas, tranquillitate corporis pariter & animi
expirata, evanuit, nec unquam ista regio, nisi a reliquis Arabiae partibus
discernenda, hoc nomine ornaretur. Quemadmodum antiquissimis tempori-
bus Arabes & Persae plura partim loca, quae sibi grata & iucunda vide-
bantur, paradisi titulo notarunt, partim quaedam hoc delicato nomine, quae
nunquam tamen existerunt, e mentiti sunt: ita posterioris aevi homines fe-
liciores vrbes prae aliis, res publicas regionesque commenti sunt; id quod
Platonis *Respublica*, (n) civitas fabulari habitu induta; Erythraei, seu potius
Io. Viêt. Roicii, *Eudemia*, ciuitas commentitia, ab Ackero *Guthland* dicta; (o)
Thomae Campanellae *Civitas solis*; Thomae Mori, & ad istius imitationem
alia a lac. Biedermanno, e societate Iesu, ficta, *Vropia*; Fenelonii *fara & fa-
cta Telemachi*; *Nouae Solymae* sine auctoris nomine Londini scriptae; ibidem-
que sine auctore *mundus alter & idem* euulgatus; nec non ficta historia *Seu-
ramborum* in publicum edita, & alia, satis superque testantur. (p)

Sed cur immoramur felicitati, aliis terris olim a summo numine tributae,
vel tantummodo adiectae? cum ipsas terras, quae SERENISSIMO PATRIAE PATRI
NOSTRO parent, nisi facundia & animi vires nos deficerent, fummis effere-
re possimus laudibus. Vt autem desint vires, eas tamen, quantulaecunque
superfunt, omnes excitabimus, quo felicitatem Gothanae atque Altenbur-
genfis terrarum non describere, sed indicare tantum possimus. Felices prae
reliquis prouinciae, SERENISSIMO FRIDERICO NOSTRO subditae, eo
quidem nomine, quod incolis omnibus ac singulis non ficta, sed vera sum-
mae tranquillitatis fruitio contingit, immo terque quaterque beatae essent
existimandae: verum enim vero plures, eaeque maximi momenti causae,
ob quas, aliis lugentibus, nos laetari, aliis gementibus, nos tripudiare, aliis
eiulantibus, nos iubilare, aliisque depressis, nos erecti stare, quae DEI est
gratia, possumus, nobis sese offerunt. Statim a temporibus, quibus per
Lutherum sacra ab erroribus sunt repurgata, DEO vero cultus, ipsi proba-
tus, a quo tamen omnis salus nostra, & animi tranquillitas dependent, bea-
tissimis principibus nostris omnem operam adhibentibus, ad hunc usque diem
in omnibus locis, quae in ditione ac potestate FRIDERICI, RELIGIO-
SISSIMI PRINCIPIS sunt, exhibitus, nec vlli, sub quocumque pietatis
specie, atque religionis nomine impetrare voluerit, alius legi diuinæ con-
trarius, DEVM publice colendi, modus, fuit concessus. Omnes, quos pa-
tria nostra vnquam habuit, principes serenissimi, omnibus proximis virtutibus,
quas sana ratio docet, sacrae paginae iubent, quaeque principem decent,
fuerunt conspicui, ita, vt fama illorum etiam ad remotissimas transferit
gentes. (q) Omnes, potestati FRIDERICIANAE atque maiorum ipsius beatif-
simorum qui subiecti fuerunt, vno ore, quorumvis imperantium gratiam in
ciues nobiliores & non nobiles plane singularem, munificentiam in egenos
splendidam, opem in exules & patria carentes admirandam, collaudarunt, &
adhuc collaudant. SERENISSIMI DVCES nostri, non nomine, sed re ipsa,
clementissimi semper habitus atque culti, indeque apud populum suum gra-
tiosissimi sunt aestimati. Hinc omnium bonorum remunerator, DEVS ter
optimus terque maximus benedixit IPSIS, benedixit domui IPSORVM, be-
nedixit cunctis, summa nomina eorum colentibus, mandataque iustissima ex-

fequentibus. **VI.** que in terris FRIDERICIANIS vigent leges, iustitiaeque religiose exercetur; nitidissime florent heic bonae litterae, artesque liberales libere tranctantur; commercia in vrbibus & oppidis pulcherrime frequentantur, agrisque fertilissimi a villicis cum magno fructu coluntur. Felices ergo sub imperio FRIDERICI NOSTRI SERENISSIMI sunt incolae, quibus singulis DEVS almus atque omnipotens bonorum partem, & cum secunda fortuna vitam tranquillam agere, clementissime dedit.

Nostrum igitur esse rati, huius RELIGIOSISSIMI NOSTRI PATRIAE PATRIS, SERENISSIMI DVCS, FRIDERICI TERTII natalitiorum festum diem, hodie XXXVII vice inlucescentem, oratione panegyrica germanica, prompta memoria recitanda, concelebrare, memoriamque EIVS recolare, non dubitauimus. Quod negotium felicit ingenii, ingenuique vultus, ac probae notae adolefcenti, disciplinae nostrae alumno,

FRIDERICO GOTTLIBIO SCHVLTZIO,

virii apud nos clarissimi, Io. Gottlobii Schultzii, pharmacopolae & medicinae praectici examinati, nec non senatoris & scabini prouincialis prudentissimi, filio non degeneri, suscipiendum, & peragendum commissimus. Speramus igitur fore, vt omnes ac singuli rei nostrae scholasticae curatores generosissimus & grauiissimi, rei publicae statores amplissimi, venerandi sacerdotes, ceterique bonarum artium fautores & amici maxime colendi, crastino die, qui in fastis XVII Aprilis erit, hora ante meridiem nona, in aede scholae nostrae senatoriae, demississime & humanissime inuitati, frequentes conuenturi, actum hunc praesentia sua splendidiorem reddituri, atque, de religione FRIDERICI NOSTRI SERENISSIMI RELIGIOSISSIMIQUE, cui nostro peroranti beneuolas aures sint praebituri. P. P. Ronneburgi die xxvi. Aprilis MDCCLXXXV.

- (a) Io. Stobaeus in locc. comm. p. m. 589. it. Walteri gnomologia. p. 809. (b) Lehmanni Moral. L. I. c. 3. sect. 3. §. 25. p. m. 375. (c) Buddei Phil. Praect. P. I. c. 4. §. 2. p. 127. (d) loc. cit. p. 501. (e) Esa. Ll. 3. Ezech. XXXI. 8. 9. it. Matthiae theatr. histor. p. 25. a. it. Flaeii elav. S. S. P. I. p. 841. it. Rus in harmon. euangel. P. III. p. 1266. vt alios taceam. (f) Stobaeus. I. c. p. 590. (g) Calouii syst. Theol. Tom. IV. p. 433. (h) Mulleri acerba bibl. P. I. hist. 1. p. 16. it. Baumgartenius in allgemeiner Weltshistorie. P. I. p. 141. (i) Allgemeine Weltshiff. P. II. p. 329. (k) Gen. XXXV. 18. XXXVII. 6, 11. Num. XI. 5. XX. 5. Deutr. VI. 11. VIII. 8. (l) Allgem. Weltshiff. P. II. p. 543. (m) Allgem. Weltshiff. P. II. p. 546. (n) Fischerus in vita Erythraei, epistolis huius praemissa. §. 25. p. 121. (o) in Orat. de felicit. mufarum in terris Fridericianis. p. 20. (p) Autor anonymus der Klugheit zu herrschen und zu leben. c. 4. §. 6. p. 107. & Goldner in progr. von erdichteten Republikuen, 1715 edito. (q) Loebus in H. E. Oclam. p. 130.



VD 18

ULB Halle 3
004 063 414






132, 36

W
1055

Q. D. B. V.

AD PANEGYRICVM,

QVI

RELIGIONEM

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,

DOMINI

FRIDERICI III.

DVCIS

SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE AC MONTIVM,
ANGARIAE ITEM WESTPHALIAEQVE, LANDGRAVH THV-
RINGIAE, MARCHIONIS MISNIAE, PRINCIPIS COMITIS HENNE-
BERGENSIS, COMITIS MARCAE ET RAVENSBERGAE, DYNA-
STAE RAVENSTEINI ET TONNAE,

RELIGIOSISSIMI AC CLEMEN TISSIMI

PATRIAE PATRIS

NOSTRI,

EXPONET,

DIE IPSIVS NATALI

AD VII. KAL. MAII, XXXXVI VICE, SIDERE FELICI,
OMNIVMQVE, QVOTQVOT SVMVS, PLAVSV

RECURRENTE,

E DEO,

A LVCE

OSTRAE SENATORIAE

QVVM,

NOSTRAE SCHOLASTICAE

IMVM ET GRAVISSIMOS,

ORES AMPLISSIMOS,

RDOTVM ORDINEM,

IVM FAVTORES ET AMICOS

OLENDOS,

CITATE

BVURGENSIS TERRARVM

FRICO SVO

RENS,

SSERVANTIA INVITAT

S ZEVMERVVS, RECTOR.

IRIS HANISCHIANIS.

*Viro clarissimo M. Bidermann
Recht. Sch. Cathedr. Numburg.
cum salute nihil Zevarum.*



1902

